

154 233

22

DE D. AGATHAE

Virg. & Mart. Cruciatibus

ORATIO

IOANNIS A SVMMAIA FLORENTINI.

*Habita Roma in eiusdem Virginis Templo die v.
Februaryj Anno MDC XXIX.*

AD ILLVSTRISSIMVM S. R: E.

CARDINALEM BARBERINVM

eiusdem Ecclesiae Titularem.

BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA

34-10-F-12-



ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apost. MDCXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

DE D. AGATHAE

Virg. & Marc. Cruciatibus

ORATIO

IOANNIS A SVMMARIA FLORENTINI.

Habita Roma in eisdem Virginis Templo die 27.
Februarii Anno MDCXXIX.

AD ILLVSTRISSIMVM S. R. E.

CARDINALEM BARBERINVM

eisdem Ecclesie Titularum.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoft. MDCXXIX.

IN P R I O R I O N I S P E R M I S S E N.

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPIS
FRANCISCO
BARBERINO

234

155

S. R. E. Cardinali Amplissimo.



IOANNES A SUMMAIA FEL.



UTIVS profecto do-
mi latuisset in tenebris
habita à me superiori-
bus diebus de D. Aga-
thæ sanctissimæ Virgi-
nis cruciatibus oratio;
Cardinalis Amplissime; eo tantum con-
tenta plausu, quo sola tui & audientium
humanitate fuerat excepta: nisi quam ei
tenuis auctoris conditio pepererat obscu-
ritatem singulari aliquo patrociniij lumi-
ne depulsuram, & fugaturam se credidif-

A. O

A 2. ser

set; hoc est, nisi tua splendorem ab vmbra mutuari voluisset. At quid vmbra dico, magnificentiae Solem, cuius radijs ne omnes quidem bonarum artium cultores, sed & ipse etiam toties illustratus obscuritatis meae tenebras apud Romanos amisi. Lucem igitur & vitam dum quaerit minimus hic ingenij foetus, tuum iure confugit in sinum; in splendorem scilicet, maiestatis, & purpurae; & merito moriturum se numquam credit immortalis tui nominis auspicio; iniuriosa etiam conspiciente mortalitate. Hoc, (leuissimum licet) meae in te obseruantiae pignus humanissime te excepturum confido; quae nisi tua penitus e memoria exciderit, demanda Amerinae Ciuitatis Praefectura animo vires addet; non mentem perturbabit. Vale.

Q R A

ORATIO.

235
156



EMO est tam ferus ac ferreus; Cardinalis Amplissime, Illustrissimi Praesules, Auditores ornatissimi, qui sanctissimae Virginis Agathae tam acerba atque indigna nece non angatur; nemo tam pius ac misericors qui ob tanti sceleris atrocitatem in crudelissimum parricidam iusto sanè odio non excandescat. Quis enim ferendus si æquo animo ferat delicatam, ac nobilem puellam impietatis ream fieri, ac longe grauissimas innocentia sua poenas luere; truculentam verò belluam nondum tor exercituum cladibus saturatam innoxium etiam sanguinem sitire, eoque per summam licentiam impiè saginari. Hæc sanè mecum ipse repurans Cardinalis ita animo commoueor, vt vix lacrymas & erumpentem in linguam dolorem cohibere possim; quin inreperijs deuotum Tyrannum maledictis, etiam acerbè proscindam, ac facerem profecto nisi ab vsitata illius inhumanitate, inusitata erga me tua humanitas auocaret, & serena tui vultus præsentia æstuantis animi procellam sedaret, adeò vt occupato hodiernæ clementiæ admiratione dicentis pectore nullus ne iustæ quidem indignationi locus relinquatur. Ex altera verò parte cum Agatha ita certaminis aleam subierit, vt inter corporis lanienam animo semper inuicta persisteret, ita tortorum cesserit immanitati, vt inter mortis angustias de ipsis gloriose triumpharit; non tam mihi partes inpositas esse dolentis interpretor quam sentio gratulantis; quare me ipsum redarguo, & recurrentem subinde ad Epicedium orationem, ad Epiniciam reuoco, vt plausui potius ob insignem victoriam, quam lamentationi ob iniustam necem deseruiat. Hæc illi mors pro Christo obita immortalitatem peperit, eruciam enta.

foelicitatem ; gloriosa discrimina segetem triumphorum .
Huius ego hodierna die felicitatis huius victoriæ me præconẽ
spondeo , quantum saltem ingenij vulgaris conditio in arduo
ac perdifficili argumento Auditoribus meis potest polliceri .

Decio Romanorum Imperatore Siciliæ Proconsul Quintia-
nus nil sibi ad promerendam imperantis gratiam proficere
magis posse animaduertit ; quam si acerrimus Christiani no-
minis hostis , & eiusdem sanguinis gurges appellaretur ; qua-
propter in ipso Principatus limine , memorandum ex quo sæ-
uitiæ in Christianos fama diffunderetur facinus edere molitur .
Puellam primaria inter Catanenses nobilitate , eximia cele-
brem forma adesse referunt exploratores ; detectam à nefa-
rijs hominum prædam intuetur Proconsul , & deposito crude-
litis habitu se pulcherrimæ virgini libentissimè nupturum
affirmat ; illa verò diuini spiritus & lumine , & amore perfusa ,
futuri conscia , sua in terris ita celebrari posse sponsalia respon-
det , si ea per dirissimi martyrij cruciatus optione sibi data pro-
ponerentur , vt diuino deinde sponso perfruatur in cælo . Tum
nefarius Proconsul innata sua inhumanitate non sibi visus est
satis instructus , nisi inferos , superos , homines quosque fero-
ciores ac sæuios furoris sui vel ministros vel Duces adsci-
sceret , vt tanto gloriosior Agathæ victoria foret , quanto dif-
ficilior atque iniquior pugnae conditio extitisset ; cum illinc
exercitus immanitatis ; hinc vna solummodo Agatha , illinc
horrendæ belluæ lacertosi scilicet tortores ; hinc imbellis ac
delicata puella , illinc denique armatæ vngulis equuleis , atque
omni sæuitiæ apparatu carnificû acies ; hinc planè inermis Vir-
guncula , & vno innocentia ac veræ religionis præsidio dimi-
caret . Quo quidem religionis præsidio Agatham penitus vt
exarmarent , primò in Iouis & Apollinis profana fana , hoc est
in ganeas impietatis abripiunt , ibi congedi cum fictitijs nu-
minibus iubent , vel deserta Christi militia ad superstitionis
castra transire ; nihil tamen illa vel precibus flecti , vel minis
terreri potuit . quin vltro maledictis & irrisionibus ad iram

Pro .

Proconfulem laceffens fempiternas illi apud inferos flammâs
denunciavit. Non ferunt tamen illatam Ducibus fuis contumeliam
religiofi videlicet impietatis manipuli; furunt infaniunt; iacta in Deos
fcommata colaphis rependunt, eo forte confilio, vt accerfito in
Agathæ vultum fanguine, cum Deorum ignominiam eluunt; fortem
bellatricem pugnam deferre compellant; quafi res efferet cum
delicatulo illo Romanorum adolefcantium exercitu, quos magis
puduit, vt hiftoriæ teftantur; honeftis vulneribus obijcere
faciem; quam turpiffimæ fugæ terga conuertere; non cum
Agatha, cui tormenta deliciae efferet probra decori,
dulciffimum acroamâ contumeliæ. Itaque gauifa efferet
Chriftianæ militiæ notas, quamuis ab inuidia impreflas
vultu etiam præferre, victoriæ fcilicet indices, & feruatæ
in Regem fuum fidei certiffimâ pignora. Ego verò ex
violato Virginei vultus cælo, quod facrilego potius manuum
tactu quam doloris acerbitate purpuraffer intelligo cruentas
hoftibus clades, minacis inftar cometæ portendi, atque inter
liuoris illius nubes, & fcintillantis vultus flammâs fulmen
accendi; quo nefariæ acies penitus profligentur. Nihil igitur
inter efferet tamquam luce indigna, vt potè quæ vanum
lucis auctorem contempferit, fquallori carceris atque anguftijs
damnetur. Neque enim aliena luce indiget quæ abundè
mecat fua, nec tenebras vllas extimefcit, ijs ipsis, quas in
ipfius vultu facibus accendiftis, caliginem omnem illustratura.
quas verò loci anguftias non animi laxat anguftia, in his in
his inquam carceris anguftijs numerosam virtutum aciem
Agatha explicat, & miffis auxiliariis à cælo fuppetijs
reliquo certamini fe comparat. Et iam Tyranni rabiem
vngularum laniationem, flammârum incendia depofcit;
fed fuftra tot crudelitatis inftrumenta & fœuitiæ
apparatum expeditis, parum vâlidæ vobis manus
& vires ad Agathæ vel animum vel votum.
Quæ dum toto corpore laceratur, & vngularum
quafi vomere crudeliter aratur, exiftimat ijs
fulcis fuo fanguine irrigatas palmas melius
adolefcere, & detracta ea veluti Carnis
farcina

expe-

expeditiorem se fore intelligit ad victoriam; sicuti veteres co-
 pia: um Duces voluntario impedimentorum incendio victoriae
 splendorem sa: pius emisse legimus. Dum vero totum corpus
 equuleo distorquetur, & foedum in modum laxatur; & ea bel-
 lica quasi machina hostes petit suos, & crescente vnà cum cor-
 pore animo validius oppugnat. Dum denique (inauditum ha-
 stenus crudelitatis, & tormenti genus) admotis tenerrimo &
 castissimo pectori forcipibus auulsas sibi mammillas videt; ne-
 pertimescit quidem, imo maiorum animi constantia, tum
 vultus alacritate ad Quintianum conuersa locuta est. Tuam
 ego Tyrannorum nequissime nec miror inhumanitatem, nec
 imploro pietatem; nam dulcia mihi martyrij sunt instrumen-
 ta, & suaues eo magis quo sa: uiores pro Liberatore cruciatus;
 sed tuæ ecquis mortalium irasci non debeat impudentiæ ve-
 rum ingrati animi simulacrum, qui mulieri eam ipsam corpo-
 ris partem dilacerare, & auellere non dubitaueris, ex qua vi-
 tam cum lacte materna per vbera iam suxisti? O inauditam
 puellaris animi fortitudinem, ò cælitus delapsas voces, quibus
 profecto compressum Quintiano guttur, sed non sedata fero-
 cientis animi consilia, imo quas non abundè crudelitatis par-
 tes eò temporis adimpleuerat explere tunc maximè aggressus
 est. Sa: uissimos teterrimo carceri custodes imponit, cibum
 potumq; cruentatæ virgini deferri vetat, ne ve aliqua discerpto
 pectori medela adhibeatur, edicit; Vt pereat aliquando cuius
 in aspectu mortalium animi deperibant. Verum longe diuer-
 sa Apostolorû Principi sanctissimo in cælo præcipiuntur à Deo.
 Exanimum is puellam humanis omnibus destitutam subsidijs
 inuisit, proximæ eã gloriæ nuncio consolatur, toti corpori me-
 detur, ac demum mammillas salutaris crucis signo restituit,
 Tunc exterritis insueti luminis fulgore custodibus, arreptaq;
 fuga oblatam referato à carcere libertatem Agatha despexit,
 & conceptæ iam animo, optatissimi martyrij potius inhærere
 fiduciæ; quam propriæ incolumitati consulere decreuit, quin-
 de recepta salute sollicita vel dilatam vel ereptam sibi, quam
 arden-

ardentibus votis exoptabat, martyrij palmam, insolabiliter lamentatur. Verum non multum illi aut orandum aut flendum fuit. Eius enim ad vota restitutæ salutis fama Proconsulis sæuicentem magis animum adeo offenderat, vt ex eo tempore soli innocentissimæ Virginis exitio intentus nil nisi de eius acerbissima cæde ac pernicie cogitarit. Ac propterea ne aliquid à se relictum dici posset feritatis, quam longo interuallo humana non antegressa esset inhumanitas, ad flammaram incendia, veluti ad sacram Anchoram accurrit, quamquam ea tantum ad illustrandas victorias non ad extinguendum nomen valere. Harum insuper quasi dubitando de potentia & viribus imposita super prunas testulis acutissimis inter mistas duplex eodem tempore martyrij genus experta est inuictæ fortitudinis Heroïna. Te miror Quintiane à tam iniusta, infeliciq; pugna non desistere aliquando, quam inuitis etiam tuæ crudelitatis administris iniuisti quid cogitas? quid expectas? inhumanitatem tuam cœleste concussæ terræ prodigium iam accusat, iam puerorum ciulatus, mulierum lamenta, priuata, publica; omnia, ipsius denique vrbis excidium meritas sceleratissimo pro crimine pœnas tibi denunciant. cur tandem exhumanissimi populi clamoribus docentibus humanitatem non discis? cur tandem irarum incendia non compescis? tu ne ferro ipso efferacior? cui acutissimæ vngulæ pepercerunt, non parces? quam elementa adhuc absoluunt igne voracior condemnabis? Ille tamen nihil, doloris impotens ac furore amens victorem tot periculorum spiritum deficere cupit. Erras tamen & vehementer erras tyrannorum nequissime, si deiecta illa pudoris ac constantiæ arce, ideò tibi tamquam victori blandiris, ipso illo eiusdem excidio, tu quidem opprimeris. Ille vero candidissimus animus sanguinis sui purpura exornatus, corporis effracto carcere ad sempiternos in cœlo triumphos euolat. Idemque fermè quod Agathæ vitæ stamina abrupens in libertatem asserit spem sibi vincendi in perpetuum abscindit. Victoriæ prædicant candidissimo totius corporis habitu

IT.

habitu delapsi ad omnium conspectum nitidissimi aulae caelestis
 nunciij: qui duplicis victoriae testes, animi videlicet & corporis
 sanctissimo cadaueri humanissime parentarunt inscriptis su-
 premo lapidi **MENTEM SANCTAM, SPONTA-
 NEAM, HONOREM DEO, ET PATRIAE LI-
 BERATIONEM.** Hic nimirum postremus actus est, Au-
 ditores, vel barbarae inhumanitatis, vel debellantis Agathae vi-
 ctoriae, qua non magis de Tyranno & impietatis copijs, quam
 quod verè gloriosum est, de se ipsa tum vitae contemptu, tum
 dirisimae necis cupiditate triumphauit. (Ea enim non tam-
 quam imbellis puella superbi hostis vultum reformidans tursi-
 fuga certamen declinauit, sed veluti Christianae Reipublicae
 clypeus impiorum telis ita se se obiecit, vt quidquid crudeliter
 ab eo illatum est, fortiter perferendo spiritum in victoria effu-
 derit, Tyrannumq; non tam cruciatus, quam suae experta sit
 promotorem beatitatis). Plausu vos illum vt par est, extipite
 te non lacrymis, nisi forte dolendum censetis quod Agathae
 victorias haud concolori eius sanguini oratione minus ad v-
 tum expresserim; non parum tamen obscurae ex se se dicentis
 conditioni, ex tuae purpureae, Cardinalis, amplissima dignitate
 lucis accessit, pro qua singulari humanitate tum singulares ti-
 bi gratias ago, tum pares Agatha ipsa referet, de cuius victo-
 rijs te benignissime audiente, haec breuiter; atque humiliter
 pauca dixi.



BEATA

238
159
B E A T A A G A T H A

ad Quintianum Prætozem.



IMpie, qui vincis siculos feritate Tyrannos
Ah nimis in panis ingeniose meis,

Id te nonne pudet teneræ refecare puella
Quod tibi sugendum præbuit ipsa parens?

An quia Virgineæ lac non sudere mamilla
Virginæ poterit te satiare cruor?

Supplicijs terrere novis me forte parasti?
Sumet ab his animos mens generosa novos;

Iam superum Regi stillantem sanguine mammam
Pro Baptismali lacte, meroq; feram.

Vbereq; exciso victrix vii fortis Amazon
Consequar in summo laurea ferta polo.

Josephi Mariæ Suæresij Præpositi, &
Vicesgerentis Auenionensis.

LA S A N T' A G A T A.

O *Ve globi di fiamme auuenta e spira*
L'incatenato Encelado gigante
Crudo Tiranno, disonesto amante
Per virginal bellezza arde e fospira,
Vuol che nieghi GESV prega, e s'adira
Lusinghiero ne preghi, e minacciante,
Ma la pudica Vergine costante
Sprezza ingiurie, lusinghe, amore, ed'ira.
Sprezzato l'empio, la sua fe schernita
A lacerar con barbaro furore
Quel casto seno i rei ministri inuita.
E di sangue ogni Stella, ò gemma, ò fiore
Porta di Paradiso ogni ferita
Poi la bell'alma in Ciel Stella d'amore.

Del Sig. Abate Nicolò Strozzi.

AL SIGNOR GIOVANNI SOMMAIA, Per l'Orazione di S. Agata.

A *Rse Pentefilea, onde più forte*
Fosse al pugnar la destra sua mammella,
Ambi l'offre al Tiranno onde le suella
Agata; à debellar l'inferne porte.
Spense le glorie sue con dura morte,
Vinta dal prode Achil cadendo quella,
Refa questa di gemma ardente stella
Corona à Dio fe con beata sorte.
Se già cantar di quella e Smirna, e Manto,
SOMMAI, in questa d'alse lodi ornasti,
Talche d'ambi nell'arte agguagli il vanto.
Mà nel nobil soggetto ambi auanzasti,
E se quei sparser fior nel dolce canto
Tu dal tuo dotto stil gemme versasti.

Del Sig. Girolamo Bartolomei.

I L F I N E.



239

160



240

AD S. D. N. SIXTVM V.

161

PONT. OPT. MAX.

23

CONCIONES TRES

Apud Sanctum Petrum.

IN TRINITATIS, CIRCVMCISIONIS,
ac Cinerum solemnij habitæ.

*Per Io. Baptistam de Aguilar Doctorem Theologum
ac S. Hispalensis Ecclesie Portionarium.*

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



ROMAE 34-10-F-12-

Apud Dominicum Basam.

M. D. LXXXVIII.

AD 2 D N SIXTY N


TOM. OFE. 1861

COMPTON & CO

Printed and Published by

W. H. B.
at the

For the
at



ROMAN

Printed and Published by

W. H. B.

S. D. N. SIXTO QVINTO

PONT. OPT. MAX.

*Ioannes Baptista de Aguilar Doctor Theologus
ac S. Hispanensis Ecclesia Portionarius.*

S. P. D.
Decorative flourishes



V M multa sunt bene constitutæ ciuitatis
ornamenta, quibus in pristinum decus &
splendorem Roma te, Beatissime Pater, im-
perante feliciter instaurata resurgit: illud
tibi præ ceteris gloriam conciliat immor-
talem, quod hoc potissimum florentissimo
sæculo Romana bibliotheca tot tamq. fe-
licibus decoratur augmentis, vt auidissimi cuiusuis animus
facile possit & doctrinæ præstantia, & lectionis varietate sa-
tiari. Licet enim latrones Italia pellere, annonam populo
suppeditare, sub honorem Crucis obeliscos erigere, maximas
in commune bonum facultates reponere, aperire vias, tem-
pla construere, Urbis denique collibus perennes aquarum tor-
rentes infundere, non sine ingenti opum tuarum præsidio in
vnius vtilitatem prouinciæ potueris: verum tamen tuæ dum-
taxat sapientiæ virtus admirabilis in totius orbis eruditionem
potuit summorū volumina theologorum dispersa colligere,
vitiata purgare, confusa distinguere, ac typis emendatori-
bus illustrare. Vnde cum populus concordi semper excitetur
affectu ad imitandum singulare principis ingenium, non sine
præclara tuæ laudis commendatione conspiciamus per huius
ætatis plurimos ac præstantissimos viros omne disciplinarum
genus celebrioribus quotidie studiorum fructibus exornari.
Cuius ego vim propensionis, & clarissimi sideris ductum se-
cutus, etsi plura interceptis a litis in me motæ defensione mo-
mentis opuscula non contemnenda & poetico & oratorio ser-

monē condiderim : quas tamen apud sanctum Petrum in se m-
piterne Trinitatis , ac Circumcisionis Dominicæ , sacro-
rumq. Cinerum solemnijis habui conciones , eidem litera-
rum thesauro libenter committo . Ut quæ aliquando ex
diuino eloquio , patrumq. sententia in amplissi-
morum S. R. E. Cardinalium conspectu , te Sa-
pientissime Pater audiente atque laudan-
te pronuntiaui , tui posthac montis
insuperabili protectione mu-
nita in amicorum manus

ab inimicis possint
venire secura .

Vale .

163 - 246

CONCIO HABITA

IN SANCTISS. TRINITATIS DIE

ANNO DOMINI M. D. LXXXVII.

CORAM S. D. N. SIXTO QVINTO

Pont. Opt. Max.



*V*M. verus Dei atque hominis filius, Beatissime Pater; Hebraeorum regiones doctrinae suae splendoribus illustrasset, & hominum tabefacta natura salutarem vigorem suae virtute passionis intulisset, ac peracto resurrectionis triumpho supremae potestatis accepisset amplitudinem, discipulos suos, in quibus omnes euangelij ministros instruebat, in lucem pariter & salutem populis destinavit uniuersis, dicens: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quo nouissimi sermonis eloquio rediturus in caelum dominus Ecclesiae suae posteritati velut pater futuri saeculi prospexit, dum sempiterna Trinitatis aperuit ineffabile mysterium, simulq. potentissimum regenerationis instituit sacramentum. Vt ex omni natione, quae sub calo est, promissionis filij vocarentur, quos non externa solum corporis ablutio, sed interna etiam mentis illustratio renouaret, & amissa restitueret dignitati. Nam sicut baptizato in Iordane Domino eadem se Trinitas aperitis declarauit indicij, cum super ipsius incarnati verbi personam Spiritus sanctus in columbae specie descendit, & mansit, audita de caelo Patris vocantis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: non secus in renouationis lauacro salua cooperatione inseparabilis Deitatis se Pater, se Filius, se proprie Spiritus sanctus ostendit. Filius enim originem, quam sumpsit ex utero Virginis, ponit in fonte baptismatis: & Spiritus altissimi virtus, & obumbratio, quae fecit ut Virgo gigneret Saluatorem, eadem facit, ut regeneret vnda credentem: quem Pater aeternus in primogeniti sui temporali natiuitate congenitum adoptat in

filium . Vnde quamuis nulla mens ad cogitandum de Deo , nulla ad lo-
quendum lingua sufficiat : diuinis tamen sermonibus eruditi fideles il-
lam de incomprehensibili summa natura sacramento se membris am-
plectimur illuminatis , & ardenti predicamus affectu : quam nobis Pa-
ter caelestis reuelauit , quam stabilinuit Vnigenitus , quam Spiritus san-
ctus infudit . Scimus enim ; & toto corde confitemur : Patrem , &
Filij , & Spiritus sancti Deitatem , & consubstantiali sempiterna Tri-
nitatis essentiam in nullo a se diuisam , in nullo esse diuersam , nullo exor-
dio temporalem , nulla varietate mutabilem . Quia tota simul Trinitas
vna virtus est , vna maiestas , vna substantia : par in omnipotentia ,
aqualis in gloria , concors in voluntate : indiscreta opera , inseparabilis
dilectione : simul implens omnia , simul continens vniuersa . In qua ideo
scriptura sacra singulis aliquid personis per proprietatem vocis aut
operis adsignat , vt nobis eiusdem Trinitatis insinuet veritatem , non ta-
men vt diuidat intellectus , quos distinguit auditus . Nam cum vera
vnitas , ac vera Trinitas possit quidem aliquatenus mente sentiri , sed
non possit simul ore proferri : numquam intelligeretur esse Trinitas , si
semper inseparabiliter diceretur . Quare cum Dominus ante passionis
suae diem discipulis suis Spiritus sancti polliceretur aduentum : Hec , in-
quit , locutus sum vobis apud vos manens , Paracliticus autem Spiritus
sanctus , quem mittet Pater in nomine meo , ille vos docebit omnia , &
suggeret vobis omnia , quaecumque dixerero vobis . Et iterum : Verba ,
quae ego loquor vobis , a me ipso non loquor , Pater autem in me manens
ipse facit opera : Quae igitur illuminat Pater , illuminat Filius , illumi-
nat Spiritus sanctus : & cum alia sit persona missi , alia mittentis , alia
promittentis ; simul nobis & vnitas manifestatur , & Trinitas . Et es-
sentia non recipiens solitudinem sic in tribus intelligatur esse personis ,
vt omnibus aequalitatis & existentiae gradibus exclusis nulla ibi persona
sit maior , nulla minor ; nulla sit anterior , nulla posterior . Non enim
est pietas Vnigenito praeferre , Genitorem , nec omnipotens Pater , nec in-
commutabilis aestimatur , si aut minorem se genuit , aut quem non ha-
buit , habendo profecit . Quapropter dicente Domino : Qui videt me ,
videt & Patrem , tanta excacauit haereticos dementia , vt qui Filij ma-
iestatem non viderunt , Patris gloriam non viderent . Cum idem Do-
minus per potentiam verbi se Patri profiteatur aequalem , qui propter
carnis veritatem se Patre dicit esse minorem : & vna catholica fides

virumque

utrumque suscipiat, utrumque defendat, qua secundum confessionem
 beati Apostoli Petri unum Christum Dei viventis filium & hominem Io. 1
 credit, & verbum. Quibus divina sapientia documentis ita noster
 acquiescit assensus, ut quantumcumque de incomprehensibili Patris
 & Filij substantia radio superna lucis attingit, hoc ipsum de Spiritu
 sancto simul & indiseret concipiat, & quidquid Deo dignum repe-
 rit, nulli hoc audeat negare persona. Cuiusvis enim nefanda opinio-
 nis dogma blasphemum disciplina caelestis execratur, & damnat, qua
 sic Trinitatis adserit unitatem, ut Patrem & Filium, & Spiritum
 sanctum sine confusione indivisos, sine tempore sempiternos, sine dif-
 ferentia credat aequales. Christiana siquidem fidei fortitudo, que por-
 tas mortis super hanc inexpugnabilem petram adificata non metuit, im-
 pugnatorez mysteriorum Dei sub imperio diaboli militantes dextera Ioan
 Domini pugnante confringit, & errorum tenebras coruscante lumine
 veritatis expellit. Quia vero, ut Apostoli verbis utar, Neque cir- ad G
 cumcisio, neque praputium aliquid valet, sed fides, qua per dile-
 ctionem operatur, quotquot per aquam & Spiritum sanctum renati su-
 mus, solerti studio vigilemus, ut cui intelligentia concessione subij-
 cimus, eidem pietatis imitatione iungamur. Quippe cum Dominus
 Apostolis suis regenerandi filios hominum, & in filios Dei adoptandi
 tradidit potestatem, vita quoque rationem praescribens, ait: Docentes Matt
 eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et ne quisquam se per
 occasionem infirmitatis excuset, cum sine quo facere nihil possumus, Io. 1
 omnia per ipsum valeamus implere, spondet nobis Dominus presen- Philij
 tiam suam, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad Matt
 consummationem saeculi. Sic etenim qui per Isaiam vocatur Emmanuel, 1 Cai.
 idest, nobiscum Deus, sui nominis proprietati respondet: atque adeo qui
 ascendit in celos, non deserit adoptatos: qui sedet ad dexteram Patris, to-
 tius habitator est corporis: quia ineffabili modo caput esse diuinitate praes-
 entiar, qui factus est humanitate longinquior. Immo etiam in utrius-
 que veritate natura voluit nobiscum permanere idem verbum ca-
 ro factum, siquidem in illa mystica perennis mensa conuiuij sic im-
 parsitur, & sumitur, ut accipientes virtutem caelestis alimonie in
 carnem ipsius, qui caro nostra est, transeamus, dicente Domino: Qui
 manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & Ioan.
 ego in illo. Cum ergo tanta sit misericordia Dei, ut nos sub veteris

*quondam ignorantie profunda nocte pereuntes in Patriarcharum
societatem, & sortem electi generis adoptarit, sic nobis
potissimi reuelatione mysterij fides illuminet intelle-
ctum, ut etiam diuinorum custodia mandato-
rum accendat charitas voluntatem, spes
quoque caelestis auxilij promissio-
ne memoriam ad aeterna
gaudia felicitatis
attollat.*




CON-

175 244
CONCIO HABITA
IN DIE CIRCUMCISIONIS

DOMINI. ANNO M. D. LXXXI.

CORAM FE. RE. GREGORIO XIII.

Pont. Opt. Max.



IMMENSÆ pietatis singulare argumentum, B. P. Luc.
verbi, quod fecit Dominus super terram, abbreviationi
congrua verborum breuitate B. Lucas Euangelista nobis Ifa. 5
hodierno die ante oculos ponit. Puerum quippe nobis Pfal.
natum, & filium nobis datum, paulo minus ab an- Leuit
gelis suscepta humanitate demissum; iam nunc ex præscripto legis cir-
cumcisum, non solū hominis, sed etiam peccatoris formam habentem cæ-
lestes admirantur spiritus, tenebrarum potestates exhorrescunt, homi-
nes demum permista ingenti miserationi latitia veneramur. Agnum Exod
sine macula, paruulum, mansuetum, & humilem coram percutiente ho-
die obmutescere fidei oculis intuemur: quem stantem supra montem Ifa. 9
Sion centum quadraginta quattuor electorum millia inauditis cantico- Apo
rum harmonijs in æternum laudant: qui vteri virginæ claustrum in
exitu suo integrum potuit a corruptione seruare, carnem suam a cir-
cumcidentis gladio eadem præditus potentia non eripuit: qui non esse
opus bene habentibus medico prædicauit, male habentium & verecun-
dum, & asperum medicamen assumpsit. Sed quid mirum si caput pro Luc.
membris, quam in se non habuit, necessariam medelam suscepit? si qui-
dem sepe in nobis pro vnus membri aegritudine alteri solet adhiberi
curatio? Aut cur pro nobis circumcidi nollet, qui pro nobis nasci, lacry-
mari, ac sanissimam subire crucem non est dedignatus? Etenim cum
sub hoc circumcisionis signo (quod benedicendarum in suo semine gen-
tium Abrahamus acceperat) incarnationis Christi concluderetur arca- Gen.
num: idem ille agnus, qui accipere librum, & aperire signacula eius Apo
dignus inuentus est, id nobis hodie signaculum inter cetera beatissimo
suo sanguine reserauit. Qui dum ad auferendas Iudeorum excusatio-
nes in semine Abrahæ circumcisus apparuit, suscepta humanitatis ve-
ritatem

uit. 12. ritatem ad euicenda hereticorum deliria demonstrauit. Idemq. ipse
att. 28. circumcisionis in lege, & baptismatis in Euangelio institutor, utrumque
c. 2. expiationis genus pro prima illius culpa, qua infecti omnes nascimur,
c. 3. emundatione sancitum, & octauo natiuitatis die circumcissus, & tri-
g. 28. gesimo aetatis anno baptizatus excepit. Quo mirabili humilitatis & obe-
dientia documento, & finienda iam legis decreta suo fuisse tempore
Gal. 4. saluberrima ostendit; & Iudeorum atque Gentilium populos velut angu-
laris quidam lapis utrique parieti cohaerens sibi copulauit; eosq. sub
vna Christi fide saluandos fore exemplo, prius quam verbo, indicauit.
Neque illud solum, sed uniuersa etiam legis onera, quibus minime in-
digeat, subire voluit factus sub lege, ut eos qui sub lege fuerant a
Gal. 5. legalium deinceps obseruatione liberaret. At quamuis carnis circumci-
sio superueniente baptismi gratia, & antiquis carimonijs, quae nunc
sunt praestita figurantibus euanuerit, non secus atque flores praesente
fructu marcescunt ac decidunt: nos tamen adhuc debere circumcidi
em. 4. spiritu & veritate, circumcisione non manufacta, de qua Hieremias:
Circumcidimini Domino, inquit, & auferite praeputia cordis vestri.
Circumcidimini, inquit, non in vno tantum membro, sed in toto cor-
uit. 12. pore simul. Licet enim in ea parte, qua Iudeis mandabatur circumci-
sio, concupiscentiae venenum petulantius regnet; nulla tamen in uni-
i. 1. uersa carne nostra a planta pedis, vsque ad verticem capitis inueni-
tur sanitas. Atque adeo sicut paruulus ille in fide populus congruum
sibi exiguae circumcisionis mandatum accepit, sic ubi creuit in virum
perfectum toto iubetur corpore baptizari, quae totius est hominis integra
circumcisio. Qui ergo noxiarum cogitationum superflua scindunt, & sca-
turientes libidinum flammam extinguunt, effrenesq. inferiorum virium
Dor. 10. motus reprimunt, ij procul dubio se cultris ex petra compactis, petra au-
Gal. 3. tem erat Christus, vere hodie cum sanctissimo puero circumcissos, atque
Gal. 4. adeo veros Abrahae filios, & facta illi promissionis heredes ostendunt.
Neque immerito Dei & hominum mediator, qui diuinitatis suae
radios inter humanae infirmitatis opera numquam celauit, dum pecca-
c. 2. toris instar circumciditur, ut verus homo dolores nostros expertus, Ie-
sus vocatur tamquam filius Dei, gloriam suae indicans maiestatis. Sal-
uator enim meritisime dicitur, qui fuit ad totius orbis editus salutem;
sed tansi nominis compellationem non prius voluit, quam immaculatum
pro nobis effundens sanguinem, enervatis ex hoc inferni viribus salutem
nostram operari cepisset. O dulcissimum simul, ac potentiss. nomen omni
adoratione cultuque dignissimum, utpote quod duo illa quae in Deo pra-

ceteris maxime contemplamur, & colimus, pietatem scilicet & maiestatem breui admodum elementorum compagine & proferentibus, & auditibus repræsentat. Reliqua enim quotquot in sacris litteris Dei nomina legitimus, aut diuinæ pietatis gratiam, aut saltem potentiam denotant maiestatis, iuxta illud prophetæ: Duo hæc audiui quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Nam si sanctum & terribile nomen eius effertur, quid aliud quam æterna maiestatis concipimus amplitudinem? At si non esse aliud nomen sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, prædicatur, quid aliud quam diuinæ pietatis meditatur abundantiam? Verumtamen uno, eoque breuiss. isto nomine, & maiestatis epitheton, quod in Hieremia, Dominus iustus dicitur, & pietatis agnomen, quod in Isaia, Emmanuel, hoc est, nobiscum Deus appellatur, suauissimè connectuntur. Immo etiã celeberrima illa nomina continentur, quibus idem Isaïas gratulabundus puerum nostrum compellabat, inquit: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Quorum si quidpiam Christo defuisset nec Saluator esse nec vocari potuisset. Quis enim tot, tamque mirabilia in omnibus tam interni, quam externi hominis viribus pro salutis nostræ opere perficiendo operatur, nisi admirabilis noster infans? De quo regius vates præcinnit: Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Admirabile quidem, quia in eius auxilio iam quod optabamus, effugimus, quod fugiebamus amplectimur: dolemus denique, quibus latabamur. Sed qua ratione Saluator nobis salutem præstaret, si eisdem in pœnitentiæ electione ac vitæ ordine semper a consilijs non existeret? Aut quomodo præcedentium criminum indulgentiam, sine qua non constat salus, assequeremur, nisi & ipsam esse Deum, qui solus peccata dimittit, experiremur? Verum neque id ad salutem sufficeret, nisi in expugnando impugnantes nos concupiscentias, ne rursum ab illis superemur, eundem fortem probaremus. Adhuc tamen aliquid Saluatori deesset, si pater non esset futuri sæculi, per quem ad immortalitatem resurgeremus, qui per huius sæculi parentes generamur ad mortem. Neque esset hoc satis, nisi idem Princeps pacis nos patri reconciliaret æterno, ne forte sicut filij perditionis ad non salutis pœnam resurrecturi videremur. O præstantissimum nomen, de quo sponsa in Canticis: Oleum, inquit, effusum nomen tuum! Oleum sane vsquequaque diffusum; a calo nempe in Iudæam; & inde in omnem terram protensum, adeo ut ab hoc uno nomine, quod Christus est, millia millium credentium Chri-

Pfal.

Pfal.

Acto.

Ierem.

Isai. 7.

Isai. 9.

Pfal. 8.

Matt.

Rom. 1.

Cant. 1.

*rum . Effusum plane , quod non solum calos , terrasq. perfudit , sed ad
d Phil. 2. inferos etiam penetrauit , ita ut in eodem nomine omne genus flectatur
caelestium , terrestrium , & infernorum , & omnis lingua confiteatur ,
& dicat : Oleum effusum nomen tuum . Sicut enim oleum lucet , pascit , &
& ungit , dum ignem fouet , corpus enutrit , ac dolorem mitigat : haud
secus Salvatoris nostri nomen lux , cibus , & medicina omnibus exi-
stet . Vnde namque toti terrarum orbi tam splendidus illuxit dies , ac
tantæ fidei ac veritatis lux fidelium mentibus affulsit , nisi ex prædi-
Petr. 2. cato ipso nomine ? in cuius splendore clarissimo Deus nos in admirabi-
le lumen suum indignos vocauit , quibus illuminatis , & in lumine ip-
d Eph. 5. so videntibus lumen merito dicit Apostolus : Eratis aliquando tenebrae ,
nunc autem lux in Domino . Cibi etiam nutrimento & suauitate pol-
let hoc nomen . Quid enim aque mentem illud cogitantis impinguat ,
exercitatos sensus reparat , virtutes roborat , bonos & honestos mores
vegetat , & castas affectiones fouet , atque suauissimi huius nominis
meditatio ? Aridus quidem est omnis anima cibus , si non huius nomi-
nis oleo infundatur : insipidus , nisi saluberrimo isto condidatur sale ,
quod mel in ore , in aure melos , & in corde inbilus comprobatur : Sed
neque medela proprietate caret id ipsum nomen . Quid enim ita ira
impetum cohibet , superbia tumorem deprimit , carnis ardorem sedat ,
inuidia liuorem sanat , auaritiam temperat , ac totius indecoris pruri-
ginem in fugam conuertit , quam eiusdem nominis inuocatio ? iuxta
Gal. 49. illud : Inuoca me , in die tribulationis eruam te . Cum etenim ipsum com-
pello , hominem mitem , corde humilem , benignum , sobrium , castum ,
misericordem , atque omnium honestate conspicuum mihi propono ,
eundemq. ipsum Deum omnipotentem , qui suo me & exemplo moueat ,
& roborat adiutorio . Hoc illud est nomen , quod cæcis visum , surdis
auditum , claudis gressum , sermonem mutis , ac mortuis vitam dedit ,
totamque diaboli potestatem de obsessis corporibus effugauit : In quo , di-
Cor. 6. cente Paulo , abluti , sanctificati , & iustificati sumus . Hoc illud est no-
men , in quo ineffabile Dei nomen intellectu , prolatusq. facillimum no-
ai. 52. bis offertur : completo denique Isaia vaticinio , dicentis : Propter hoc
sciet populus meus nomen meum in illa die . Hoc igitur nomen pectori
penitus imprimendum , ore celebrandum , præ manibus habendum fir-
ma semper beneuolentia complectamur , omnes nostros in Iesum sensus ,
oloff. 2. & actus dirigentes , ut quemadmodum in ipso circumcisi sumus , sic
datæ ab ipso salutis nomine insigniti post eundem resurgere mereamur
ad gloriam .*

CONCIO HABITA

FERIA IIII. CINERVM.

ANNO DOMINI. M. D. LXXXII.

CORAM FE. RE. GREGORIO XIII. Pont. Opt. Max.



*ASCHALE sacramentum ceteris religionis nostra my-
sterijs longe sublimius condigna veneratione susceptu-
ros; Beatissime Pater, totius quidem temporis solem-
nia, sed presentes maxime dies purificandis animis atque
corporibus instituti, praeueniunt: ut antea vitae
desidias sancti obseruatione ieiunij diluamus, & contra vniuersa vi-
tiorum incentiua continentia nos virtute roboremus. Omnia quippe
laqueis, omnia sunt plena periculis: incitant cupiditates, insidiantur
illecebrae: blandiuntur lucra, damna deterrent: secunda corrumpunt,
aduersa nocent: diuitiae eleuant, paupertatis angustia deprimunt; sani-
tas est materia negligentiae, egritudo causa tristitia: & affectus, qui
sub delectatione languescit, sub anxia sollicitudine laborat. Quis ergo
quamdiu in mundo, qui totus in maligno positus est, detinetur, in isto
mortis corpore constitutus, inter inuisibiles hostes, frequentesq. confli-
ctus, aut immunis a tentatione, aut liber inuenitur a culpa? Quis pi-
cem tangit, & non inquinatur ab ea? Quis non infirmatur in car-
ne? Quis non sordescit in puluere? Et, ut cum Propheta dicam:
Quis gloriabitur rectum se habere cor, aut mundum se esse a pecca-
to? Quamuis enim Sancti Dei quotidianam de antiquo serpente vi-
ctoriam diuinae gratiae viribus obtineant; numquam tamen aufe-
runt dimicandi materiam, sed ne confecto praelio, parata securitate,
superbiant, semper oportet superesse quod vincant. Quapropter angu-
sta & ardua via, quae ducit ad vitam, corporeis sensibus abscondita, di-
cente Apostolo: Quae videntur temporalia sunt, quae autem non vi-
dentur aeterna, raris paucorum intrantium vestigijs illustratur. Et
nemo in eam gressum inferret, nemo pedem promoueret, nisi difficiles*

1. Ioa

Rom

Pfal

Matt

2. Co

n. 14. *aditus ipse se Christus viam efficiendo referaret: ut autor itineris fiat ambulantis auxilium, & qui introducit ad laborem, idem ipse perducat ad requiem. Quis ergo certa atque securo promissa gaudia beatitudinis expectat, qui, dum caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem concupiscit, continentiae clavis, ac Dei timore non transfigitur?*
 Gal. 5. *Quis ad gloriae lauream non nisi legitime certantibus reddendam properat, qui una cum reliquis Apostolica doctrina preceptis huius temporis diuinitus instituta ieiunia non complectitur? Etenim si per illecebram cibi irrepsit prima causa peccati, si vniuersale diluuium ventris incontinentia commeruit, si vitium edacitatis fulmina in Sodomam coniecit, si nimia edendi satietas aciem mentis obtundit, vigorem cordis hebetat, virtutes fugat, suppeditat voluptates: non immerito sapientissimus humanae salutis auctor, nostrarum agritudinum radicem funditus excisurus, necessariam nobis continentiam non solum verbis docuit, sed proprio etiam exemplo consecrauit. Qui Euangelicam praedicationem, sicut olim Moses tabularum legem, Elias quoque prophetiam quadraginta dierum ieiunio dedicauit, ut, quod idem legis ac prophetiae supremus institutor per vtriusque ministros nobis commendarat, hoc in Euangelio firmissima per se ipsum consuetudine sanciret. O inaccessibleem diuinae pietatis altitudinem! O Christianae gentis erubescendam segnitiam!*
 1. 15. *Qui dat escam omni carni, ut nobis medeatur, famis experitur incommoda: nos, ut saluti restituamur, leui corpus inedia afficere pertimescimus? Esuriente capite, nos membra reficimur, qui gloriae volumus ipsius esse consortes? Atqui faise professionis imagine utimur, si cuius nomen ac patrocinium veneramus, imitari negligimus instituta: cum*
 it. 10. *Dominus idem dicat: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Nullo vero salubriore crucis onere compefcitur redempta libertas, quam ut nouerit abstinere a concessis, ut illicita, a quibus se frenare nesciuit condonentur: & ieiunio breui ieiunia redimantur aeterna, ubi nullus cibus, consolatio nulla, nullus est unquam terminus. Cauemus igitur ne instar Esau sempiternae ius primogeniturae terrestri edulio permutemus, atque de vitae delitijs cum diuine illius epulone accusati flammis tradamur. Quin potius Niniuitas imitati diuinae iustitiae commotionem, quam merito iniquitatis incidimus, religioso ieiunio mitigare conemur. Quid enim potest efficacius esse ieiunio? Cuius obseruantia sanitati consulimus, vitia deuincimus, Deo appropinquamus. De abstinencia castae cogitationes, rationabiles voluntates, salubria*
 confi.

*consilia prodeunt . Et per voluntarias afflictiones caro concupiscentijs
 moritur , virtutibus spiritus innotatur , tentator eliditur , culpa dele-
 tur , charitatis lumen accenditur . Terra carnis nostre , gratia Dei su-
 perinfluente , ieiuniorum culturis exercetur , ut , enecato omni vitiorum
 semine , lata virtutum seges conualescat , & non amplius spinas ac tri-
 bulos , sed generosi germinis fructum celestibus horreis inferen-
 dum producat : si tamen non in ciborum parcitate , aut sterili tan-
 tum inedia nostri summa ieiunij constituatur . Quid enim prodest su-
 scipere esuriem , & iniquam non deponere voluntatem ? Preciso
 affligi cibo , & a concepto non desilire peccato ? Aut quo fructu cor-
 pori esca substrahitur , nisi spiritualibus mens delitijs roboratur ?
 Sic igitur nobis edendi est , corrigenda libertas , ut etiam alias affectio-
 nes eadem lege moderemur : atque adeo ab inuidia malignitate , a lux-
 uria dissolutione , ab anxietate auaritie , a perturbatione iracun-
 dia , a cupiditate vindictæ ieiunemus : oculos a curiosis aspectibus , au-
 res a fabulis , a detractione linguam , manus ab immundis operibus ,
 a prauis animi desiderijs absterneamus : & iuxta præceptum Apo-
 stoli : Ab omni nos inquinamento carnis , & spiritus emundemus : man-
 suetudinis & patientiæ , pacis & tranquillitatis ornamento muniti ,
 donare culpas , despiciere contumelias , & obliuisci assuescamus iniu-
 rias . Nam cum ad hoc sancta ista consuetudo dirigatur , ut carnalis
 petulantia fomites euellantur : nullum magis sectandum est continen-
 tia genus , quam ut simus ab iniusta voluntate sobrii , & ab inho-
 nestia actione ieiuni . Nec dissimilem ieiunandi formam nobis hodie
 præscribens Dominus ac Redemptor noster : Cum ieiunatis , inquit , no-
 lite fieri sicut hypocrite tristes , qui simulata vultus tristitia , & af-
 fectato corpora squalore deformantes falsa abstinentiæ rigorem osten-
 tant , ut religiosi præ ceteris appareant , & inde laudes ab hominibus
 recipiant : & cum in vestimentis ouium sint astu vulpes , crudelitate
 lupi , conscientie veritate posthabita , mendacij opinione latantur . Va
 autem illis ! Qui cum faciem cordis a malitia non lauerint , neque
 celestis oleo latitiæ caput mentis inunxerint , esuriunt ac sitiunt ,
 sed non saturabuntur : anxie laborant , sed non regnabunt : de mun-
 di torrente in uia bibunt , sed non exaltabunt caput in Patria . Mens
 igitur documentis diuinis erudita , dum repugnantes spiritui car-
 nales affectus voluntarijs nititur castigationibus edonare , omni
 circumspectione præcaueat , ne ulla eam macula impietatis offuscet ,*

aut duplicis cordis ruga dedecoret. Sed inflatione iactantia procul pul-
si, de industria sue bonis in Domino tantum gloriatur, siq. de illor-
84. rum numero, de quibus ait Propheta: Domine in lumine vultus tuus
ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exal-
tabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es. Qualem continentia mo-
dum his precipue diebus oportet ab uniuerso fidelium numero studiosis
Cor. 3. sime celebrari, ut templum Dei, cui fundamentum est ipse fundator, in
omnibus lapidibus speciosum, & in tota sui parte sit lucidum; & quibus
Ph. 6. est sub iniuncti Regis imperio contra nequitie spiritualis insidias commune
bellum, sit consociato robore dimicantibus una victoria. Quandoquidem
tutius, feliciusq. plures cum hoste confligunt, quam singuli: nec facile
patet vulneri, quem opposito scuto fidei non sua tantum, sed aliorum quo-
que fortitudo defendit. Neque huius conflictum certaminis effugiunt,
quicumque virum infirmitate prapediti nulla corporalis ieiunij lege
tenentur; si tamen inedia laborem impendijs facultatum redimant. Cu-
iusmodi misericordiae fructus sibi comparare non minus debent, quot-
Cor. 9. quot ab epularum delectatione se continent, ut, qui abundantius semi-
nauerint, copiosius metant. Siquidem agricola suo numquam seges ista
mentitur, quam non aestus urit, non torrens trahit, non grando proster-
nit, non usus minuit, non mutatio violat. De qua nihil fur arripit, ni-
hil vinea corrumpit, nihil rubigo consumit. Integra semper manent pie-
tatis expensa, modo augentur, qualitate mutantur. De paruis maxime
art. 25. gignuntur, dum mystica talenta liberaliter erogata laudabili apud Pa-
trem familias incremento multiplicata redduntur. De perituris efficiuntur
eterna, dum pauperibus elargite diuitiae per eorumdem manus in
thesauros caelestes deportantur. Quisquis igitur opes amat, quisquis mul-
tiplicari, quae possidet, concupiscit, in hac lucra accendatur, in hac rerum
suarum augmenta suspires. Nec de fenore dubitet, nec de receptione dis-
fidat, cui Christus debitor est, qui dicit: Quod uni horum fecistis, mihi
art. 25. fecistis. Studeat refectio pauperum, viduarum defensionem, pupillorum
utilitati, ugentium consolationi, dissidentium paci. Suscipiat peregrin-
um, adiuuet oppressum, vestiatur nudum, foueat agrotum. Et ea, quae sur-
arth. 6. sum sunt, sapiens, non quae super terram, ibi curam cordis obstringat,
ubi inamissibiles facultates recondit: nempe in illo, per quem maxima
Pet. 1. & pretiosa nobis promissa donantur, qui etiam casta & pura ieiunia,
art. 19. benignis in pauperes. secunda muneribus centuplo numquam peritu-
ra gloriae fructu cum Patre & Sancto spiritu remunerat.